

numeris fabricantem. & apud nos de deo propheta dicit. qui profert numeros se seculum & saluator in euangelio capilli inquit ueseri numerati sunt.

**SANCTI AGUSTINI EX LIBRO SECUNDO DE DOCTRINA XPIANA**

**J**am uero numeri disciplina cui libet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus in fatuta sed potius indagata & inuenta. Non enim sicut prima syllaba italicae quam breuem pronuntiauerunt uixeres uoluit uirgilius & longa facta est ita quisquam potest efficere cum uoluerit ut ter terna aut non ad ternarium numerum tripla sint ad senarium sesqua ad nullum dupla quia intellegibiles numeri semissem non habent. siue ergo in se ipsos considerentur siue ad figurarum aut ad sonorum aliorum uemotio num leges numeri adhibeantur incommutabiles regulas habent. neque ullomodo ab hominibus in fatutas sed ingeniosorum sagacitate conpertas. potest & iam de numeris fieri ut eorum tantummodo numerorum expositio conseribatur quos diuina scriptura meminit quorum aliquid aut omnia iam forte facta sunt sicut multa quae ab bonis doctis que xpianis se laborata & conseripta non arbitrabamur inuenimus. philosophi autem qui uocantur si qua forte uera & fide in nos re ad commodata dixerunt maxime platonici non solum formidanda non sunt sed ab eis & iam tamquam ab inuictis possessoribus in usum nostrum